



incubitu
sensum
destru
dignos
proxi
actu
fecit
pune
us
carnem
tas
per
ur
is
unde
est
alio
semper
inquit
testimon
omn
conscie
gelus
ut
dno
recte
omni
n factu
oculor
humani

114
252
genus mortalitatis condicio tenuisset. Sed quod de relinquenti vitam mortem secutus
est homo factus est. & non solum homo sed etiam propter quod & in terram redire
dicitur. Requiro tamen quae sit ista mors quam dicit. Ante oculos tuos posui. deum
tamen non dubitatur. quod semet ipsum indicet. quid dicit. ego sum uertax & uita
Quae est ergo ista mors uita e contrario. quam posuit deus ante oculos nostros. de illi dicit
paulus de quo paulus dicit. nouissimus inimicus destruetur mors. Iste est ergo inimicus
diabulus. qui primo quidem ante oculos positus est sed nouissimus destruetur. Po
situs autem fuerat ante oculos non ut sequeremur eum sed ut uitaremus. unde
& arbitrator quod ipsa per se anima humana neq; mortalis neq; immortalis dici potest.
sed si conuerit uitam & participatio uitae erit immortalis. In uita enim non incedit
mors. si uero auertens se a uita participatio dixerit mortis ipsa se faciet esse mor
talem. & ideo propheta dicit. Anima quae peccat ipsa morietur. quamuis mortem
eius non ad interitum substantiae sentiamus. sed hoc ipsum quod aliena & extorret
fit ad deum. qui uere uita est. mors in esse credenda est. nolo ergo participatio sit iusti
tae cum iniquitate. nulla societas luci ad tenebras. nulla consonantia christo cum belia.
Si elegimus uitam semper uiuimus. mors nobis non dominabitur. & complebitur
in nobis sermo mochi. quid dicit. qui credit in me etiam si moriatur. uiuet. Elegimus
ergo uitam. elegimus lucem. ut in die honeste ambulemus. ut & nos sequentes ihm
intra uelamen tabernaculi interioris. iam non simus ut homines mortales. sed
ut angeli immortales. cum nouissimum inimicum destruxerit mortem. Ipsi dicitur ihm
christi qui est uita & uertax. cui gloria & imperium in saecula saeculorum. amen
EXPLICIT OMEL. NONA INCIPIT OMELIA DECIMA

De uelamento quod in die propitiationis fit. & de hyrco qui in heremum dimittitur
legimus. sententia deo quod propheta fit. & deo sibi reuelante in symbolis & in figu
ris ac formis allegoricis conscripserit futura mysteria quae in tempore suo doce
mus impleta. qui uero huiusmodi in eo non recipit sensum. si uel ueludaeorum quis siue
etiam nostrorum est. ne prophetam quidem eum fuisse docere potest. quomodo
& enim prophetam probabit. cuius litterae adserat esse communes futuri. nullius
conficiat. nec occulte aliquid mysterii continentes. hunc etiam quia sentit legentem